¶ Antiqui uero philoſophi ita diſtincte de creatione nequaq́ ſunt locuti: quia neſciuerunt quomodo eſſet poſſibile ꝙ ex nihilo aliquid fieret. Nos enim dicimꝰ ꝙ de nihilo. i. nõ de aliquo ſm eſſe exiſtentie & actuale poteſt deus creare: & etiã de nihilo. i. non de aliquo ſm eſſe eſſentie: ſicut roſa in yeme. Nõ poteſt tamẽ creari. i. produci ad eſſe ſimpliciter de nihilo. i. nullo modo ente: nec ſimpliciter nec ſm quid & iſto modo intelligendo. Maximam Anaxagore & Empedoclis & aliorum philoſophorum eſt uera: nec contradicit ueritati: nihil enĩ creatur ꝙ nõ prius habuerit eſſe intellectum uel uolitum & cognitum atq́ ineſſe intellecto fuerit poſſibile formaliter: & tunc fuit quaſi in potentia propinqua. ut poſſet eſſe obiectum omnipotentie & poni in eſſe ſimpliciter: poteſt tamen aliquid produci: licet non creari de ſimpl'r nihilo. i. non de aliquo ſm eſſe eẽntie nec exiſtentie: nec ſm qd. Quia creatura producitur in eſſe intelligibili: non de aliquo eſſe ſimpliciter: nec ſm quid: Illud produci non eſt creari. Oẽ ergo creabile prius erat poſſibile creari ex parte ſui: ſed illa poſſibilitas nõ fundatur ĩ aliquo eẽ ſimpl'r licet ĩ eẽ cognito. v

¶ Anſelmus uero in monologion dicit ꝙ aliqd de nihilo poteſt capi tripliciter. vi
Vno modo materialiter & iſto modo omnes conſenſerũt philoſophi ꝙ ex nihilo nihil. i. ꝙ nihil non eſt materia alicuius. ¶ Secundo modo cãliter ut ſit ſenſus nihil eſt cauſa alicuius & rurſus iſto modo ex nihilo nihil. ¶ Tertio mõ ordinaliter ut ſit ſenſus ex nihilo fieri aliquid. i. poſt nihil aliquid fieri. Et iſto modo cõcedit & Auicena & philoſophꝰ & alii ex nihilo aliquid fieri. Differenter tamẽ a theologis: quia dicunt non eſſe uniuerſi. ſolum precedere eſſe eiuſdem natura: Quia ponunt deũ agere modo naturali. Theologi ãt dicũt non eſſe uniuerſi precedere non ſolum natura ſed tempore imaginario eſſe eius. Quia dicunt deum ad extra ſolum agere uoluntate & libere. vii viii

ix ❡Gandēſis ſuper dicebat ꝙ prima cauſa ꝓducit oia de nihilo ut ly de nihilo negat eē exñtie.nō aũt ut negat eſſe eẽntie rerũ:qa eẽntie rerũ ẜm cum ſunt eterne.

x ❡Sed contra iſtam opionē arguit̃ ſic quādo aliqua duo ſunt idem realr̃ ipoſ̃e eſt unũ manere altero nō manēte:ſed eſſentia & exñtia per te ſunt idē realr̃.ergo ipoſ̃e eſt unũ manere reliquo nō manēte:ſed eẽntie fuerunt ab eterno p te.ergo & exñtie; tãq̃ ergo falſam hãc opionē deſtruit Scotus primo Senten.diſt.xxxvi.

xi ❡Alii ēt Scotizātes dixerũt itellectũ diuinũ nō eē pricipiũ creãdi. cũ ſit potentia naturalis & ꝙ de⁹ad extra nihil neceſſario ꝓducit ſed cōtingēter: Volũtas uero diuina (ut illi aſſerũt) q̃ eſt oipotēs & oipotētia eſt pricipiũ creãdi de nihilo hoc eſt de nullo ente q̃tũ ad eſſe eſſentie & exñtie pōt realr̃ & uere aliq̃d creare: quia quilibet effecti⁹quo ad totale eē:& non eē eſt in poteſtate. Tamen de⁹ nihil pōt creare: quin illud hēat eē cognitũ & uolitũ cũ ſit agēs p itellectũ & uoluntatē i eſſe tñ ẜm quid pōt aliq̃d ꝓducere nō p̃ſuppoſito aliquo alio eē cognito uel itellecto uel uolito alias eēt ꝓceſſus in īfinitũ. Iſta.n.cãlitas eſt tribus perſonis cōis cũ ſit in ſecũdo ſigno nature ꝙ p̃exigit primũ in quo cōplet̃ totus ordo originis:nō tñ dñt tres creatores:ſed dicunt̃ unus creator:quia una uis creatiua eſt in ipſis: que eſt diuina uolũtas. Et iō actio nō numerat̃ cum rō agendi nō numeret̃. Ex hoc ſequit̃ ꝙ ſi p ipoſ̃e eſſet tm̃ unũ ſuppoſitũ diuinũ abſolutũ illud poſſet dare omne poſ̃e & mere cōtingenter:quia oīs perfectio que eſt in tribus.eſſet in ipſo & ibi eēt ſufficiēs quo & q̃d creandi. Ex hoc pōt īferri ꝙ deus ſine pricipio durationis tam permanentia q̃ ſucceſſiua pōt creare de nihilo:licet de ſucceſſiuis ſit maior ambiguitas. Quare prius natura res habuiſſet non eſſe q̃ eſſe.unde nulla includit̃ repugnantia. Cum res ab eterno fuerint ydeate & potentiales & deus ſit omnipotens. nam non repugnat ꝙ habeat effectum ſibi coeuum.

xii ❡Deum uero glorioſum defacto ex nihilo mũdũ creaſſe ꝓbat Dñs Albert⁹. viii. phyſi.p hoc ꝙ prima forma q̃ hēt eē i materia quocũq; mō ſiue potētiale ſiue actuale ē ab aliquo efficiēte ꝓducta: aut p ſe ipſam:cōſtat aũt ꝙ nō eſt p ſe ipſam: qa ſic nũq̃ idigeret efficiēte: qm̃ ſi forma pria nō idiget. tũc & ſcda nō idigebit:qm̃ una & eadē rō eſt de oi forma quo ad exitũ in eſſe iquãtũ forma eſt: niſi q̃tũ ad hoc ꝙ ſecũda potentia eſt in materia: prima aũt forma nō pōt educi de materia:qm̃ ſi de materia educeret̃.tũc oporteret ichoationē ei⁹ eē in materia:ſed ichoatio ei⁹ ē aliquid forme. ergo añ primã formã ē aliq̃d forme ꝙ ē ipoſ̃e. igit̃ oportet ꝙ pria forma ſit ab efficiēte prio.cōſtat ãt ꝙ nihil p̃cedit formã primã ex quo fiet.ergo ipa p actũ cãe prime educit̃ de nihilo:& ſic cōſtat ꝙ primũ operat̃ creãdo de nihilo: & ideo cũ ſit ſibi potētialis hec opatio minoratio ipſius potētie eſſet ſi requireret in primis creatis puta in creatione celi & terre ſubici ſibi materiã.ergo ꝓpoſitũ.

xiii ❡Secũdo ad idē arguit Egidi⁹ fundat⁹ doctor quolibeto.vi.q.iiii.ſic:agēs perfecti⁹ min⁹p̃ſupponit i agēdo q̃ agēs ipfecti⁹:ſicut natura min⁹ p̃ſupponit i agēdo q̃ ars:ſed de⁹eſt agēs pfecti⁹ q̃ natura uel ars. igit̃ min⁹ p̃ſupponit q̃ natura uel ars i ſua actōe:& ita min⁹q̃ ens i potētia ꝙ p̃ſuppoſitũ ē a natura:& ita nihil: & p cōſequēs creare pōt: tũc ſic pōt creare de⁹.igit̃ pōt creare mũdũ: ſed mũdũ creare

congruū eſt.ergo. ¶Hec eadē rō uidet̄ īnui ab Auicē.vi.ſue metaphy.cap.ii. i
¶Tertio hoc idē probat.Io.Sco.in.ii.d.primi.q.ii.ſic.De⁹ imediate pōt aliquid ii
efficere.igit̄ pōt creare &aliquid de nihilo facere añs eſt manifeſtū:quia de⁹ ē pri
mū efficiēs ex.ii.d.primi.ſi nihil pōt imediate facere. tunc nec ēt mediate pōt ali
quid facere:quia eſt primū efficiēs:& ita nullū effectū ꝑducet:cōſequēs probo ſic
quia ſi pōt efficere aliquid igit̄ illud nō habet eē ex ſe neceſſariū forma lr & habet
eē a cā.igit̄ habet eē poſt nō eē. Immediate āt ꝑducit nullo alio ꝓſuppoſito:quia ſi
aliquid aliud ꝓſupponeret̄:igit̄ aliud eēt effectum ab eo ſicut patet ex.viii.d.pri
mi.igitur illud nō eēt imediate effectū ab eo. habemus igitur a primo añte ad il
lud cōſequēs ꝙ ꝑducit aliquid ordine nature de nō eē ad eē:& nullo preſuppoſito
ergo creat:igitur ꝓpoſitū. ¶Inſuper probatur ſic in cauſis efficientib⁹ nō eſt ꝓceſ iii
ſus in infinitū.ii.metaphy. tex.cōmē.v.&.vi.ergo neceſſe eſt eē aliqͩ primū effi
ciens ꝙ eſt efficiēs oīum alioꝝ:& per cōſequēs mūdi:alioquin nō eēt primū.ergo
itentū. ¶Vlterius oīa alia a primo habēt cām finalē.xii. metaphy.tex.c.xxxi.& iiii
xxxvii.igitur oīa alia ſunt ꝑducta effectiue:& ēt mundus:cōſequentia patet: quia
cauſalitas finis nō eſt niſi mouere efficiens ad agendum.eſt.n.ꝓpter qͩ agēs agit.
ergo omnia alia a deo ſunt facta.ergo etiam celum & terra:ergo ꝓpoſitum.
¶Ceterum quis percōtari poſſet quare nōnulli philoſophi mundi eternitatē ꝓba v
re conati ſunt ſi deus mūdū creauit. ¶Reſpōdeo ꝙ ita ē de philoſophis reſpectu vi
creationis mundi. Quēadmodū eſt de illis qui ſine matre in ſolitariis locis nutri
ti ſunt reſpectu ſue matris. Infans enim ſi remoueretur poſtꝗ̄ eſt natus a matre &
nutriretur:ita ꝙ nullam uideret feminam donec eſſet grandis incredibile eſſet ei
ſi quis diceret eum nouē mēſibus fuiſſe clauſum in uentre matris & nō comediſ
ſe neqꝫ egeſſiſſe & habuiſſe umbilicum apertum & nō ſpiraſſe. Et forte fuiſſet ra
tiocinatus in oppoſitū dicens eum dicere falſum:eo ꝙ uideret ꝙ homo iam perfe
ctus minori tempore non uiuit niſi comedat & egerat & ſpiret & hominē cito mo
ri ſi clauditur in uaſe ampliori ꝗ̄ ſit uenter matris:& forte diceret impoſſibile eē
ꝙ uenter ſuus fuiſſet apertus ad umbilicum:& poſtea umbilicum ſuum eſſe colli
gatum & preciſum eo ꝙ uideret hominem mori qui parum uulnus accepit in uen
tre. Sic per omnem hunc modum uolunt philoſophi ſit de mundo iam incipiente
ſecundum ſua principia ꝙ falſum eſſe uidetur in propagatione mundi: qui iam
eſt completus & perfectus.
¶Si uero quiſpiā diceret:nā ſi uera ſūt q̄ ꝓdicta ſunt quare peripathetic⁹ Ariſto vii
teles qui multa ſubtilia intellexit iſta nō dixit. Dico oio mihi uideri Ariſto. bene
intellexiſſe nō eſſe neceſſitatē in ſuis rōnibus quib⁹ uiſus eſt ꝓbare mūdū eternum
eē:& hoc manifeſtat primo thopi.ubi dixit ꝙ problema eſt an mundus ſit etern⁹
& in pluribus libris celi & mundi:ubi dicit ꝙ inqſiuit iſta ex cupiditate quā hūit
in phia. Et reddit cauſas qb⁹ min⁹ ꝗ̄ aliis cōtradici pōt & hoc erat ſignum ꝙ ipſe
ſciuit ſe demrationē nō hēre: Quia demōſtratiōi nō pōt aliquo mō cōtradici: & ſi
ab omnibus contradiceretur:non tamen propter hoc minus eſſet neceſſaria: ꝗ̄ ſi a
nullo contradiceretur. Ariſtote. autem non conſueuit dicere in phyſicis niſi phyſi

ca que phyſicis rationibus poſſunt probari: ſed inceptio mundi per creationē nec
phyſica eſt nec ꝓbari pōt phyſice:& iō hāc uiā putatᷓ Ariſto.tacuiſſe in phyſica.
viii ¶Preterea ſi temerarie quis quereret dicēs.ſi deus mundum creauit ubi. nam erat
ix ipſe ante mundi creationem.¶Reſpōdeatur ꝙ nullibi erat ex quo ante mūdi crea
tionem nec locus nec aliqua alia creatura aderat.Nam ſi modo deus extra celū an
gelum uel animam crearet:nunquid eſſet in loco?certum eſt ꝙ non:quia extra ce-
lum non eſt locus celū ~~extra eum~~ nihil ſit.ſimiliter ydee Platonis nullibi erāt. In-
x telligētie etiam ſecundum Ariſto. minime ſunt in loco. ¶Alias dicere poſſumus
ꝙ erat in camera ſue eternitatis: in qua etiam nunc ſtat que maior eſt celo & terra
& ipſe non indiget celo per ſe Iſa.lvii.caplo. Deus excelſus & ſublimis habitans
eternitatem: ecce ſua habitatio:& ibi erat ita ſecretus ꝙ a nulla creatura cognoſce
batur.quia adhuc nulla erat ſed in creatione mundi exiuit extra non motu uel mu
tatione locali ſed per effectus ſicut radii ſolis abſconditi in terra exeunt per effe
ctus ad extra:ſic deus creando celum & elemēta & ſic cognitus eſt ex creaturis &
xi a creaturis.¶Impreſentiarum uero magiſter in.xxxvii.diſtin.primi.ꝓbat ſic ipm
eſſe ubiqꝫ.Deus modo.aut nuſquā eſt aut alicubi eſt:aut alicubi non eſt: aut ubiqꝫ
eſt:non primo modo ut conſtat:nec ſecūdo modo:quia non eſſet ratio quare plus
eſſet ibi:ꝙ̄ hic.ergo deus eſt ubiqꝫ:maxime per reſpectū ad creaturas:nam deꝰ eas
aſpicit per intellectum. uolūtatem.& illapſum:propter itellectū quidem eſt ubiqꝫ
per preſentiam:propter uoluntatem. eſt ubiqꝫ per potētiā: ꝓpter illapſum.eſt ubi-
qꝫ per eſſentiam:nam eſſentia dei cuilibet create entitati habet illabi: illabi.n.eſt
intime eſſe.& intimum operari:eſt ergo ſupreme eſſentie intima ꝓſentialitas crea
turam intellectualem:uitalem imutans:quā imutationem uiri deuoti experiūtur.
Preter iſtos modos etiā quibus deus eſt ubiqꝫ:eſt etiā ubiqꝫ modo ſpirituali: quia
eſt in ſanctis per charitatem & gratiam:Eſt in chriſto per unionem uerbi ad natu-
ram humanam.que unio eſt nobiliſſima & excellētiſſima.¶Si uero qs poſtularet
xii quenam eſſet ratio eēndi deū ubiqꝫ.¶Reſpondeatᷓ ꝙ eſt ſua infinitas: & ſimplici
xiii tas.nam circūſcripta dei infinitate & ſimplicitate deus nō eſſet ubiqꝫ . ¶Patet ēt
propoſitum per dictum Auguſtini libro de quātitate anime: ubi dicit ſicut ſe ha-
bet anima ad corpus.ita ſe habet deus ad uniuerſum preter hoc ꝙ informat : ſed
anima eſt tota in toto & tota in qualibet parte.& hoc propter ſuam ſimpliciiatem
& uirtutem:uirtus autem dei eſt ſua infinitas.ergo.
¶Ceterum quoniā qs dubitare poſſet an deus ante mūdi creationē eſſet ocioſus?
xiiii ¶Dicimus ꝙ deꝰ glorioſus anteꝙ̄ crearet mundū faciebat id.ꝙ nūc.ſ.ſe ipſo frue
batur.Intelligebat itaqꝫ ſe intellectione infinita:& ſimiliter omnia alia que fuerūt
ſunt & erunt.habebat igitᷓ de omni re ſcientiā realē.que eſt realiſſima:qa intellige
bat ſuā eſſentiā que oīa eminēter cōtinet.Diligebat iterū ſe dilectiōe infinita:& ꝑ
cōſequēs ꝓducebat ſeu generabat filiū. Et pr̄ & filius ſe diligēdo ſanctū ſpirabāt
ſpūm.Tote etiam tres perſone ſe diligentes ydeas in earum eſſentia reſpiciebant.
Vnde tunc ſtatuebant pro tali tempore creare celum & terram. Conſtat igitur ante
mundi creationem deum nequaꝙ̄ ocioſum extitiſſe.

¶Quoniam admiſſo ꝙ deus mundum creauerit poſſet dubitari utrum potuerit i
ab eterno ꝓduci ab ipo:ideo dicimus ꝙ Beatus Thom̃.par.prima.q.xlvi.articu-
lo.ii.dicit ꝙ ſic & ſine principio durationis. Henricus uero de Gandauo, primo
quolibeto.q.vi.dicit ꝙ non: & ibi probat opinionem ſuam.Cuius opinionis: fuit
etiam Dominus Bona.& Ricar. & dicunt ꝙ hoc implicat contradictionem : quia
cũ creatura ſit de nihilo repugnat ſibi eternitas . Ego ãt dico ꝙ res nõ fuit ab eter-
no:quia impedimentum fuerit ex parte dei:ſed potius ratio fuit : quia res ab eter-
no non potuit fieri:ex quo temporale & incipiens non poteſt eſſe non mutabile &
non incipiens:aliter contraria uerificarentur de eodem:potuit. ergo deus . ¶Sed ii
ſi dicatur ſi potuit quare non fecit. ¶Reſpõdeatur.ut ſupra uel dicatur ꝗ nõ fecit
ne mũdi duratio diuine duratiõi equaret̃.Scotꝰ uero ur̃ in hac materia eẽ neuter:
huiꝰ ergo dubii certitudo illi relinquat̃:cuiꝰ eſt in pſcrutabilis cõſilii celſitudo.

¶Sed quoniam ſtante pro conſtanti ꝙ deus mundum creauerit poſſet quis que- iii
rere quo tempore anni mundus fuerit creatus:ideo ſciendum eſt ꝙ fuit ſecundum
Iſidorum.viii.ethimologia.creatus tempore ueris.i.v.&.xx.niſan.i.martii : quo-
niam iſte menſis eſt principium menſium Exodi.xii. capitulo. Eodem enim me
ſe ac eadẽ die.ſ.octo Kl̃edas Aprilis ſm̃ Augu.iiii.de trini.c.v.&.xviii.de Ciui.
dei.ca.liiii.geminibus conſulibꝰ Dominꝰ nr̃ Ieſus Chriſtus incarnatus & paſſus
fuit:iſto enim tempore deum creaſſe mundum poteſt probari ut inquit rabi Ioſue
per ſcripturam Gene.i.caplõ ubi dixit deus germinet terra herbam uirentem ac fa
cientem ſemen iuxta genus ſuum que omnia fiunt in uere.

¶Rabi tamen Eliaſer dicit ꝙ creatus fuit mundus in mẽſe tiſeri ideſt Septembris iiii
quo tempore fructus ſunt maturi. Et dicit Nicholaus de Lyra ſuper.i. Gene.xi.
ꝙ hec eſt cõmunior opinio apud Hebreos. Huius opiniõis etiam ſunt Arabes &
Egiptii qui incipiunt annum ſuum in Kalen. Septembris. ¶Tamẽ tenendo pri- v
mam opinionem poſſet dici ꝙ per uirtutem diuinam.terra produxit hac prima ui
ce fructus in inſtanti & nõ per generationem naturalem. & ideo potuit hec produ
ctio ita fieri in uere ſicut in autũno & congruum fuit.ꝙ primus homo crearetur in
uere quo tempore omnia pullulant & germinant que apta ſunt germinare.Dama.
uero.libro.ii. dicit ꝙ omni tẽpore ſunt fructus in terreſtri paradiſo.quare &c̃.

¶Quo ſtante ab aliquo poſſet queri quot anni ſunt ꝙ deus mundum creauit: vi
quadere dicitur ꝙ ex quo Chriſtus natus eſt anno mundi.MMMMMcxcviiii.ſe-
cundum comunem opinionem . Et poſt natiuitatem eius fluxerunt nunc anni.
M.cccccviii.ꝙ ſunt.MMMMMM.ccccccvii.

¶Sed quoniam curioſus aliquis dicere poſſet:poſtquam mundi principium pate vii
feciſti libenter etiam abſte eius finẽ perciperẽ.¶Ideo dicimus ſemper tamen cum viii
correctione eorum qui excelſa contemplantur ꝙ ſanctꝰ Methodius in libro de pri
mis & nouiſſimis tẽporibus. Et Euſebius in cronica ſua & Theloforus preſby-
ter & heremita in libro de ſtatu uniuerſalis eccleſie opinionem multorum referũt
dicentium finem mundi debere eſſe in ſeptimo millenario a creatione ſua. Quare
deus per numerũ ſeptenarium fere omnia diſpoſuit, nã.vii.ſunt dona ſpũs ſancti

Septem ſacramenta eccleſie. Septem uirtutes. Septies in die deo Canit Dauid. Se-
ptem pſalmi penitentiales. Septem legales feſtiuitates. Septem planete. Septẽ Cli
mata. Septem dies. Septem etates. In Apocalipſi. vii. ſignacula libri. Septem cor-
nua. Septem oculi. Septem angeli. Septem eccleſie. Septem candelabra. Septẽ ſtel
le. Septem ſpiritus nequitie. Septem nequitie apud Salomonẽ. Septẽ peccata mor
talia. Sepťa die ipſe deus requieuit: & ſic in ſeptimo millenario mũdus regeſcet.
ix ¶ Et quoniã aliquis ambiguus querere poſſet quare deus magnus & exceſſus tã
diu expectauerit creare mundũ. ¶ Sciẽdum eſt ꝙ uani & ſtulti ſunt qui dicũt qua-
re tam diu opator expectauerit creare mundum. hoc enim non ſequitur niſi pona-
mus tempus. ſ. reale fuiſſe ante mundum & hoc nos negamus. Et ideo hec conclu
ſio ſit Anaxagore Empedoclis & Democriti. Et nõ nobis qui dicimus ꝙ deus in
indiuiſibili eternitate precedit mundum & ſi per mille millia annorum prius eſſet
factus idem eſſet querendum ꝙ modo queritur. unde Albertus. viii. phyſicorum
inquit ꝙ ſm̃ perypateticos conſtat deum eſſe ante mundum eternitate: & per con-
ſequens duratione cum eternitas duratio quedam ſit indeficiẽs & omnino immu
tabilis: illa duratio non habet partes ſimul ſtantes: quia tunc eſſet continuum ha-
bens permanentiam in ſuis partibus cum eternitas ſit in genere menſure. oportet
etiam ꝙ ſuum menſuratum haberet partes ſimul ſtantes: eo ꝙ menſura & menſu-
ratum proprium ſunt eiuſdem quantitatis: & ſic deus habet partes & eſſet quantus
hoc idem ſequeretur ſi haberet partes ſuccedentes. Sequitur igitur cum deus eter
nitatis duratione precedat mundum: ꝙ eternitas eius dicat nũc indiuiſibile eterni-
tatis quo ſine principio eſſe preceſſit mundum: & propter hoc ꝙ dicimus precede
re mundum non dicit ſpacium magnũ. uel paruum. ãni. uel diei. uel alicuius tem
poris. ſed potius ordinem eternitatis ad tempus & cauſe ad cauſatum: propter qđ
v nihil querunt qui dicunt quare deus tantum expectauit facere mũdum: Vel quid
fecit deus in tãto ſpacio eternitatis antequam faceret mundum. Quoniam in eter
nitate non eſt diu neq; cito: neq; ſpacium longum neq; breue. Cum omnia hec di-
cant diſtenſionem quantitatis alicuius per partes. Sed nos diximus eternitatem
dei eſſe indiuiſibile nũc. ꝙ non eſt terminus alicuius continui.

Bernardini rantis Partenodulici De opere Creationis liber.

IN principio creauit deus celum I
& terram. Sciendum eſt ſm Aurelium Augu. viii. de ciui. dei. c. iiii. ꝙ nõ ſolum Iſraelitici & Criſticole totius uniuerſi creationem credi-derunt. uerũ etiam inter omnes phyloſophantes Plato Stoyce ſecte princeps Deum celũ & terram creaſſe clarius poſuit: Imo thimei ei9. principium: eſt principium Gene. Celum & terrã igitur ſũmus deus creauit. tribus libris ſm Cabaliſtã Abraã in libro creationis. capi. primo. Cum ſepher. ſ. Sephar & ſipur. i. ſcripto numero & eloquio: Et ſm gloſam ſup p̃s. xlix. ubi querit quare aſaph ter nominauerit deum in principio p̃s. Deus in tribus proprietatibus creauit ſeculum: quarum prima eſt paternitas: ſecunda filiatio & tertia ſpiratio que ſunt proprietates conſtituẽtes & mũdus datus eſt in tribus proprietatibus iſtis. quare in diuiſa ſunt opera trinitatis.

¶ Preterea ſciendũ eſt ꝙ prima parti. hebraice ſcripta. c. i. Gene. v.
ſumendo ab exordio uſq; ad locũ: ubi ſcriptum eſt: Et uidit deus lu ii
cem ꝙ eſſet bm̃: Eſt tota illa ſcriptura tribus & centum elementis coagmentata: que eo modo diſpoſita quo ibi ſunt dictiones conſtituunt quas legimus nihil niſi commune & triuiale. preferens corticem: Sed conflat hic litterarum ordo. hũc textum medulle interius abdite latentium miſteriorum. at uocabulis reſolutis elementa eadem diuulſa ſi capiamus & iuxta regulas quas Cabaliſte tradunt que de eis conflari dictiones poſſunt rite coagmentemus futurum dicupt ut eluceſcant nobis ſi ſcimus Capaces occluſe ſapientie. Mira de rebus multis. ſecretiſſima dogmata & ſi i tota hoc fiat

lege tum demum ex elementorum . hacq; rite ſtatuatur & poſitione & nexu erui in lucem.omnem doctrinam ſecretaq; omnium liberalium diſciplinarum.

iii ¶Vnde primo aduertendum eſt q; in prima dictione legis in hebraico idioma te totum latet trinitatis miſterium:prima enim dictio operis legis moſayce apud nos in principio ſonat.apud uero hebreos. .ſcilicet breſith.Ex hac igitur hebraica dictione.

iiii ¶Si quartã quinte coniũgamus fit dictio ies que eſt apud nos ſonat
Si tertiam prime copulemus fit dictio ab que patrem ſignificat.
Si primam cum ſecunda ponamus fit bar q; idem eſt q; filius.
Si tertiam cum quarta fit dictio hes que ſpiritum ſignificat.
Senſus uero orationis que conficitur ex prima dictione legis talis eſt. Eſt pater filius & ſpiritus ſanctus. In prima ergo legis dictiõe totum uirtualiter trinitatis miſterium reperitur.

v ¶Ex iſtamet dictione legis. una oratio in qua ſumma latent miſteria reſoluendo & componendo quippe diſſultat.Exempli gratia.nam ſi coniungamus. Tertiam litteram prime fit dictio. ab.i.pater latine.Si geminate prime ſecunda addamus fit bebar.i.in filio & per filium.

vi ¶Si preter primam omnes legamus fit reſit.i.principium.
¶Si quartam prime connectamus fit ſciabat.i.quietem & finem.
¶Si tres primas quo iacent ordine ſtatuamus fit. bara.i.creauit.
¶Si prima omiſſa tres ſequentes fit. roſe.i.caput.
¶Si omiſſis prima & ſecunda dicas ſequẽtes fit. es.i.ignem.
¶Si tribus primis omiſſis q̃rtã ultime copulem9 fit. ſeth.i.fundamẽtũ.

vii ¶Rurſus ſi ſecundam prime fit. rab.i.magni.
¶Si poſt tertiam tum quartam ſtatuamus fit. hiſc.i.hominis.
¶Si primas duas duabus ultimis coagmẽtem9 fit. berith.i.federe.
¶Si ultimam prime fit ultima dictio & .xii.que tho.b.uerſo.i.bono.

viii ¶Hec igitur tota oratio.ſ.pater in filio & per filium principium quietem & finẽ creauit.Caput ignem fundamentum magni hominis ſedere bono : ex prima illius dictionis reſolutione & compoſitione diſſultat. Sed ut aliqua ſtatim tamẽ nõ oĩa omnibus aperta que per has uoces nobis ſignificantur:notum omnibus chriſtianis quid ſit patrẽ in filio & per filium creaſſe.quid item ſit filium principium eẽ & finem oĩum.Eſt enim alpha & o ut ſcribit Ioã.& ipſe principium ſe appellauit & nos demonſtrauimus finem rerum omnium eſſe : ut principio ſuo reſtituantur. Cetera Paulo obſcuriora quid illa ſcilicet ſibi uelint caput.Ignis & fundamentum magni hominis.quid illud ſit fedus.& qua ratione bñi dicatur : primum igitur illud aduertendum uocari a moſe mundum hominem magnum: nã ſi homo eſt paruus mundus ſecundum Auerroym.viii. phyſicorum.cõmento. xvii. utiq; mũdus eſt magnus homo hinc ſumpta occaſione tres mundos intellectualem celeſtem & corruptibilem. per tres hominis partes apertiſſime figurat ſimul indicans hac figura non ſolum contineri in homine mundos omnes ſed & que hominis pars cui

mundo reſpondeat breuiter declarans. Cogitemur igitur in homine tres partes ſu
premam caput. Secundam que a collo ad umbilicum protēditur. Tertiam que ab
umbilico extenditur ad pedes. ſunt enim & hę in hominis figura uarietate qua
dam diſcluſe & ſeparate: Sed mirum ꝙ̃ pulchre per exactiſſimam rationem tribꝰ
partibus proportione reſpondeant eſt in capite cerebrum fons cognitionis eſt in
pectore cor fons uite & caloris ſunt in parte poſtrema genitalia principium gene
rationis. Itidem autem & in mundo ſuprema pars que eſt mūdus angelicus ſiue in
tellectualis eſt fons cognitionis. Quoniā facta illa natura ad ītelligendū eſt: pars
media que eſt celum principium uite motus & caloris in qua ſol uti cor in pecto
re dominatur. Eſt infra lunā qđ omnibus notum generationis principiū & corru
ptionis: Videtis quā apte oēs he mundi partes & hoīs inuicē cōgruant. ❡ Deſi i
gnauit aūt moiſes primā quidē nomine ꝓprio capitis.ſ. ❡ Secūdā aūt ignem ap ii
pellauit: & quia hoc noīe a multis celum cēſetur: & quia in nobis hec portio prin
cipium eſt caloris. ❡ Tertiā uocauit fundamentū: quia per eā totum hoīs corpus
fundatur & ſuſtinetur. Non eſt etiam ꝑtermittendū ꝙ quilibet iſtorum mūdorum
eſt in quolibet: quia quicquid in omnibus ſimul eſt mūdis id & in ſingulis conti
netur: & hec fuit opinio Anaxagore: pytha. & Pla. uerum que in mundo ſunt infe
riori in ſuperioribus ſunt ſed meliore nota. Que etiā ſūt in ſuperioribꝰ: in poſtre
mis etiam uiſunt: ſed de generi conditiōe. ❡ Eſt apud nos calor qualitas elemen iii
taris. Eſt in celeſtibus uirtus ex calefactoria. ❡ Eſt in angelicis mētibus idea calo
ris. ❡ Eſt apud nos ignis ꝙ eſt elementū. ❡ Sol ignis eſt in celo. ❡ Eſt in regione
ultramontana ignis ſeraphicus intellectus. ❡ Sed uide quid differāt elementaris
urit. Celeſtis uiuificat ſuperceleſtis amat. ❡ Eſt aqua apud nos. Eſt aq̄ in celis hu
ius motrix & domina ueſtibulum.ſ. celorū luna: ſunt aque & ſuper celum mentes
cherubice: Sed uide que in eadem natura diſparilitas conditionis humor elemen
talis uite calorē obruit: Celeſtis eundē paſcit: ſuper celeſtis intelligit. ❡ In primo
mundo deus unitas prima nouem angelorum ordinibꝰ quaſi ſpheris totidē ꝑeſt
immobiliſq; ipſe omnes mouet ad ſe. ❡ In mūdo medio.i. celeſti celum empireū
nouem itidem ſpheris celeſtibus quaſi dux exercitui preeſt que cum ſingule mo
tu inceſſabili uoluantur illud tamen deum imaginans inmotum eſt.

❡ Sunt etiam in mundo elementari poſt materiam primā ipſius fundamētum no iiii
uem ſphere formarum corruptibilium tres.ſ. corporum uite expertium que ſūt ele
menta & mixta tum inter hec media que mixta quidem ſed imperfecta quales
in ſublimi que fiunt impreſſiones. Tres uegetabiles nature que intra primum ge
nera diuiditur herbarum: fructuum & arborum. Tres anime ſenſualis que aut im
perfecta eſt qualis que in zeophitis: aut perfecta quidem: ſed intra terminos irra
tionalis phantaſie: aut ꝙ ſummum in brutis eſt humane etiam capax eruditionis:
ꝙ quaſi medium eſt) inter hominem & Brutum ſicut zeophitum medium eſt inter
Brutum & plantam.

❡ Homo quippe eſt mundus in quo ea omnia inueniuntur que ſunt in reliquis q v
& propterea ut catholici dicunt doctores in euāgelio omnis creature appelatione

cenſetur.Cum predícandum homibus euángelíum:non aũt brutís & angelís.predícandũ tamen omní creature a xpo demãdat̃.Adiecít adhuc hoc ꝙ creauít ſede re bono:quía ínter eas ſedus pacís & amícítíe ex naturarum cognítione & mutuo conſenſu per ſapientie deí legẽ ſancítũ eſt:ꝙ ſedus.ideo eſt bñ:quía ad deũ : q eſt ípſum bñ íta dírígítur & ordínatur:ut queadmodũ ínter ſe totus mũdus eſt unus íta & cum ſuo auctore poſtremo ſit unũ ímítemur & nos ſanctiſſímum ſedus mundi:ut & mutua charítate ínuícem ſimus unum & ſimul omnes per ueram deí dílectíonem cum íllo ſelícíter euademus.

ví ¶ Inſuper ín príma oróne legís moſaíce.ſ.ín príncípío creauít deus celum & terrã determínatur de creatíonís opere.unde ꝑ dícendorum claríorí notítía eſt notãdũ ꝙ creatíonís opus dr̃ quando deus ín quodam cõmuní ſeu matería dr̃ cuncta condídíſſe uel maíorem uníuerſi ambítum & durat ín bíblía ab íllo loco ín príncípío creauít deus celum & terram uſqꝫ ad íllud:díxít deus fíat lux. ubí eſt príma díes. hoc.n.opus.díſtínctíóís opus:natura & tempore precedít.De íſto ígít̃ opere crea-

víí tíóís duo tãgunt̃ cauſa.ſ.cauſatríx & ſubſtãtía creata.¶ Prímo tãgít̃ cauſatrís cã ibí ín príncípío creauít deus. Nã cauſa cauſatrís eſt ípſa trínítas ꝙ ſic patet.Nam Augu.ī Glo.ítẽlí.ſic exponít.Creauít deus.ſ. pr̃ cuíus eſt poteſtas ín prícípío.í.ī fílío cuíus̃ eſt ſapíẽtía. ſed ubí eſt pr̃ & fílíus ibí eſt & amor q eſt ſpũs.ſ.Quí ſub-

víií dít̃ ibídem cum dícít ſpũs dñí Glo.ínter ly:eſt ſpũs.ſ.cuíus eſt uoluntas.¶ Vnde Bernar.cõcludít.Tota ergo trínítas ītellígít̃ ín hís uerbís.ſ. dñs pr̃. prícípíum fílíus.ſpũs dñí:ſpũs.ſ.Vbí Auguſ.Querít quare díxít ſpũs dñí ſerebat̃ ſup aquas. Rñdet.d.ꝙ hoc.íõ díxít ad oñdendũ ꝙ deus ſua líbertate uolũtatís & nõ neceſſítate índígente res condídít. Vnde ídẽ ad Oroſiũ ſic aít.Indígens atqꝫ egenus amor ſubíacet rebus quas dílígít:ſed amor díuínus preualet.ergo.

íx ¶ Dícít ꝙ ſpũs dñí ferrebat̃ ſuper aquas ut oſtendat̃ ꝙ deus nõ neceſſítate ſed ſola ſua boní tate & uoluntate res creauít:ꝙ etíam ſic oſtẽdít̃. Deus quedam uult de neceſſítate & quedam nõ.V.G. Deus uult de neceſſítate ſeípſum & ſuam beatítudínem.ut propríum obíectum:: ſicutquedam alía potentía neceſſaríam habítudínem habet.ad propríum & príncípale obíectum ſuum.ut uíſus ad colorẽ.unde uoluntas neceſſarío uult finem:& íd ꝙ neceſſaríum eſt ad finem:ſicut.V.g.uolo deũ ut finem ultímam.uolo beatítudínem:nec poſſum uelle oppoſitum. non ſic autem uolo de neceſſítate ea ſine quíbus finís haberí poteſt ſicut equm ad ambulandum quía ſine eo íre poſſum.unde cum deí bonítas ſit perfectíſſíma cum níhíl eí perfectíonís ex alíís accreſcat & nullo alío extra ſe índígeat ſequítur ꝙ alía a ſe non neceſſarío uellít.unde ín ps̄.Deus meus es tu: quoníam bonorum meorum non índíges.Glo.í.meís bonís non expectas fíerí beatus:ſed ego míſer índígeo bonís tuís & qbus:Certe índígeo te ut creante. Cõſeruante íuſtíficante beatíficante:& hec eſt potíſſíma rõ ad oſtẽdendũ ꝙ deus meus es tu.ſ.qm̃ nullo ĩdíges.

x ¶ Secundo príncípalíter tangítur ſubſtantía creata nõ dícít celum & terram.í. ſpírítualem & corporalem naturam ſm Glo. Hoc etíam determínat eccleſia extra de ſumma trínítate & ſide catho. fírmíter credímus huíꝰ opíníonís eſt magíſter ín ſe-

cundo.d.prima ubi dicit ſimul cum tpe facta eſt corporalis & ſpiritualis creatura
hoc quoq tenet Beda inquiens q a principio quatuor creata fuerunt. Angelica.ſ.
natura:materia pria:empireũ celũ:& tẽpus:cõfirmat etiã hoc auctoritate eccſia-
ſtici.xviii.c.ubi dicitur qui uiuit in eternũ creauit oia ſimul. ¶Sed ſi querat qua-
re moyſes nullã fecit mentionẽ de angelica natura. ¶Reſpondendum.
Primo q moyſis pplo loqbat rudi iõ nõ oportuit exprimer niſi groſſa & mãlia. i
¶Secũdo q intelligitur per celum ipſa natura angelica dum dicitur in principio ii
creauit deus celum.
¶Tertio q nõ negat qn itelligat p lucẽ dum dixit fiat lux:ſed nõ primo. iii
¶Vnde ſm oẽs recte theologantes notandũ eſt q deus ſimul fecit impfectũ & pfe iiii
ctum.ſcilicet materiam & angelum ut aduerteret angelus de dono dei qui tanti in
cõplemẽti iuxta ſe primã uidebatur materiã ita q in principio duo opera ualde cõ
pleta fecit deus unum ſpirituale.ſ.angelũ:aliud corporale.ſ.celum empireũ:etiã
duo incõpleta unum pmanens.ſ.materia prima reliquũ ſucceſſiuũ.ſ.tps ut ſit unũ
cõtra unũ eccſaſtici.xxxiii.& duo cõtra duo. Et ſic in oibus intueamur opera alti-
ſimi. ¶Sciendũ eſt ad predictorũ maiorẽ declarationẽ q moyſes p terrã intellexit
materiã primã que ſic uocat quia eſt quaſi mater:eſt enim ſm Auer.ſcđo metha.
nature fundamentũ & ideo a platone appellata eſt mulier:quia quaſi exutero eius
concta producta ſunt:ſed ideo uocatur terra a moyſe a terrendo:quia pedibus ter
ritur ex quo infima eſt in rerũ natura creatarũ ſicut terra inter elementa:non tamẽ v
loquitur hic moyſes de eſſentia materie que dicit ens limitatum : ſed de materia
cõtracta ad eſſe quodã ifra celum empireũ. ¶Dicit etiã inanis:quia eſt ſine forti-
tudine ſeu robore:ex quo robur eſt a forma:nõ tamẽ erat ſine omni forma ex quo
erat in loco circunſcriptiue licet fuerat imperfecta:non miſtionis ſed erat quedã
forma imperfecte habens modum incorporeitatis in potentia ſicut embrio eſt in
potẽtia ad animã uegetatiuã. ¶Dicitur iterũ uacua quia quacũq caret perfectio-
ne forme:& ſic a platone dicta eſt turpe. ¶Dr inuiſibilis quia nõ erat actu termi-
nata. Viſus eni eſt colorũ in obiecto terminato. ¶Dicitur incõpoſita quia qſi in
confuſo concta facienda in ea in potẽtia latitabant ſm perypatheticos:unde pla-
to nominauit ſiluã. ¶Vocatur etiã tenebra propter ſui obſcuritatẽ:unde a grecis
dicta eſt chaos. ¶Dicit inſup abiſſus propter defectum alterius baſſis cũ ſit baſ-
ſis ſeu fundamentũ primariũ. ¶Dicitur poſtremo aqua qa ſicut aqua ualde flexi-
bilis eſt:ſic materia de ſe eſt ad oẽm formã flexibilis.ideo philoſophi dicũt q ẽ in
potentia ad omnẽ formã. ¶Oia uero predicta materie noia geñ.prio colliguntur.
¶Iſta aũt terra.i.materia nec erat leuis nec ponderoſa qa iſte ſunt elementorũ pro-
prietates:erat equidẽ admodũ nebularũ cuius pars empireo pximior erat clarior:
inferior uero opaca que admodũ lane:q in uno loco eſt rara & i alio ſpiſſa. ¶Nõ
eſt etiã pretermittendũ q hic moyſes nõ accepit tempus pro numero primi mobi
lis quia incepit moueri ſecũda die ſed pro menſura cuiuſcũq creature:ſeu ſit euũ
uel menſura alia.
¶Ex ſuperius annotatis clare patet error illorũ iudeorũ q dicunt q ſex res fuerũt vi

create a deo ante mundū.ſ.lex.Penitētia.Gehēna.Domus ſanctuarii:Tronus glo rie:ort⁹ uoluptatis:nomen meſſie.Patet quoq; error ſaracenorū q ut refert hermanaus Schalanus in hiſtoria eorū dicūt malos angelos per ſeptē millia ānorū ante bonos fuiſſe conditos:& de hinc boni per mille annos ante cetera.Patet etiā error multorū xpianorū & maxime Hugonis de ſac.libro prio.Dama.lib.ſecūdo & Grego.nazā.dicentiū ꝙ angeli facti ſunt in principio & prima creatura anteq̄ nihil factū eſt.Imo ſimul cum celo empireo & materia prima . Patet inſuper error multorum aliorū de quorū numero fuit Strabus qui dixit celum empireū mox ut factū eſt ſanctis angelis eſt repletum.Idem tenet altimius.Augu.Gre.papa & males imo deus creando celum angelis repleuit ſicut creando aīam corpori infundit cuius opīonis eſt Franci. de May.in ſermone de angelis. Pro maiori igitur noticia harū opīonū uideas Alexā. de ales in ſcda par.ſū.q.xvi.Et dnm Bona.in.ii.d.iii.

vii ❡Preterea ne quis de numero angelorū ambiguus exiſtat.❡Dicimus ſm Alber. in ſecūdo libro cōpendii theo.c.de caſu locali angelorū ꝙ angeli oēs in nouē diuidunt choros : & chorus qlibet diuidit in.MMMMMM.cccccc.lxvi.legionesqua rū q̄libet facit.MMMMMM.uñ in ſūma ſunt tercētū noue milia & nouē cētū ſex.

viii ❡Et quoniā aliquis dubitare poſſet an iſti omnes ſpecie differant ideo aſſerimus ſm Tho.in ſecunda parte ſumme.q.v.ar.v.ꝙ non ſunt plures angeli in eadem ſpecie imo angelus quiſq; ſuam conſtituit ſpeciē.Ricardus uero in ſecūdo.di.iii.arti. v.q.i.& ſanctus Bona.ibidem parte pria arti.ii.q.i.Et ſimiliter Sco.d.eadē tenēt ꝙ in angelis eſt diſtinctio perſonalis non aūt ſinguli angeli particularem faciunt ſpeciem.Non nulli uero alii tenēt ꝙ unuſquiſq; ordo ſuam conſtituat ſpeciem ſub qua eiuſdem ordinis omnes angeli ſunt.❡Alii uero dicūt ꝙ ſicut omnes aīe eiuſdem ſunt ſpeciei modo & angeli.Que autē iſtarum ſit uerior difficile eēt perſcrutari qm̄ ex diuerſis principiis ꝑcedunt:uia tamē ſcotiſtarū mihi ſecurior uidetur.

ix ❡Vlterius quoniam ſcire creationis angelorum modum utile arbitror:ideo ſciendum ſm Landul.in ſecūdo.d.iiii.ꝙ in prima morula oēs angeli fuerunt creati im perfectis naturalibus & iuſtitia originali:ſed pro declaratiōe huius propoſitionis eſt ſciendum ſm aliquos ꝙ morule ſunt diuerſa inſtantia tēporis diſcreti.Alii uero dicunt ꝙ ſunt diuerſa inſtantia eui:reliqui inſuper dicunt ꝙ ſunt diuerſa euiterna ſm ꝙ unumquodq; euiternū habet ſuum euum:iſta enim morula a mora dicit.

x ❡Secundo notandum eſt ꝙ tria ſunt nature dona.Primum eſt naturalis exiſtētia.

xi ❡Secundum eſt naturalis ſapientia. ❡Tertium eſt naturalis potentia. ❡Tertio eſt ſciendum ꝙ omnes angeli creati fuerunt iuſti ſicut chriſtus & beata uirgo. Senſus igitur illius propoſitionis eſt.❡In prima mora quecūq; ſit illa omnes angeli creati fuerunt cum ſumma pulchritudine:ſumma ſapientia:nec non potentia:& iuſti ſumma iuſtitia.❡In ſecunda morula boni conuerterunt ſe ad deum & mali ad propria naturalia ſe ardentiſſime diligendo.ideo in illa boni gratiam receperunt malis non ponendo obicem.ideſt non opponendo. ❡In tertia mali operati ſunt uaria peccata & temptauerunt bonos & fuit illud preliū.de quo apo.ſecūdo caplo dicit factum eſt prelium magnum in celo,michael & angeli eius preliabātur cum

dracone & draco pugnabat:& angeli eius & non ualuerūt neq; locus eorum amplius inuentus eſt in celo.

¶Sciendum q; iſtud bellum reale fuit ſm Fran. de may. in ſecūdo. di. vi. nā preter ea que pertinent ad potentiam executiuam:experimur aliqua genera bellorū pertinentium ad operationes imanentes. Primum eſt inter appetitum ſenſitiuū & intellectiuum:appetitus enim iſti inclinantur ad oppoſita. ¶Secundum eſt inter intellectum & uoluntatem:ſicut quando ratio iudicat aliquid faciendum & uoluntate reſiſtit. ¶Tertium inter uoluntatem & uoluntatem non unius ad ſe. ſed duorum hominum. ¶Quartum inter intellectum & intellectum ex cōtrariis operationibus per rationes oppoſitas ¶Bellum ergo angelorum bonorum & maloꝝ actum eſt iuxta tria:que in ſpirituali natura reperiunt̄ que ſunt:ratio:uoluntas: & facultas:per rationem nēpe electi & reprobi angeli contraria ſentiebant:per uolūtatem:ad contraria afficiebantur:per facultatem ad contraria nitebantur Nā electi angeli ſublimiter ſentiebant de deo & gratia eius:& ad gratiam:& gloriā eius afficiebantur:& pro facultate ſibi data pro illis nitebantur. Angeli uero ſupetbiētes contēnentes gratiam:& gloriam dei:ſublimiter ſentiebant de bonitate nature ſue:& propter hoc ad propriam gloriam afficiebantur:& toto neſu in contrarium electis ſpiritibus ferebantur:magnis ergo affectionibus electi & reprobi angeli in contraria ferebantur boni in creatorē:mali in naturam:boni in gratiam:mali contra illā:boni in diuinum amorem:mali in odiū dei. ¶In quarta mora omnes fuerunt in termino boni premiati ſunt & mali puniti. fuit ergo in quarta morula diabolus expulſus e celo empireo in aerē caliginoſum. de quo ait Augu. tertio ſuper geñ. ad litteram aer caliginoſus eſt quaſi carcer demonibus uſq; ad tempus iuditii & Tho. prima parte. q. lx. locus ille datur demonibus ratione exercitationis humane. nam procuratio ſalutis noſtre protenditur uſq; ad diem iuditii & uſq; tunc durat miniſterium angelorum & exercitatio demonum. Deſcendunt tamen aliqui ad infernum:ut ibi damnatos uexent:poſt diem uero iuditii:ſimul cum damnatis hominibus ibi omnes recludentur.

¶Dona nature impreſentiarum adhuc in ipſo integrā manent ſm q; dicit Dioniſius libro de diuinis nominibus. Verumtamen impedit̄ actus executio: & uſus iſtorum:ita ut non poſſint demones facere que uelint:ſunt autem inter cetera tria in demonibus de quibus pro libito diſponere non poſſuut. ii

¶Primum eſt naturalis exiſtentia ſunt profecto demōes natura pulcherrimi:neq; quantum ad ſubſtantiam ſue nature ſunt angelis bonis turpiores:& tamen hoibus in ſui ſubſtantia & decore apparere non poſſunt:imo apparent aut in corporibus aſſumptis in aliqua uiſione: ſicut deo placet cum deformitate tali ac tanta q; uidētes illos in tali aſpectu maxime terrentur & contriſtantur iii

¶Secundum q; in demonibꝰ exiſtit. eſt naturalis ſapientia. Vnde Iſidorus in octauo ethimologiarum ait:q; angelus malus dicitur diabolus hebraice. ideſt deorſum fluens: Grece uero diabolus: id eſt criminator: uocantur etiam ſathanas: id eſt aduerſarius: & demon: ideſt pariter ac rerum ſcius: uellent igitur demones iiii

contra nos uti oī aſtutia ſua:ſed non ſinit illos deus qui ſua clementia ad cuitādas fraudes & deceptiones eoꝝ:reſperſit nos luce ueritatis:miſitq; filiū unigenitum in mundū qui fuit lux & ſplendor omnis doctrine. Io. prio erat lux uera:& Io. vii. dicebat ego ſum lux mundi. & Io. x. ego ſum uia ueritas & uita.

v ¶Et quoniam hic queri poſſet utrum intellectus demonis nūc poſt peccatum aliquam ueritatem cognoſcat.

vi ¶Ideo dr̄ q; duplex eſt cognitio ueritatis una que hr̄ p grām alia p naturā:prima cognitio duplex eſt una eſt ſpeculatiua tm̄:ſicut cū alicui aliqua diuina ſecreta reuelantur. Alia uero que eſt affectiua producēs amorē dei & hec proprie ptinet ad donū ſapiētie:harū aūt triū cognitionū cognitio naturalis nec eſt ablata nec diminuta. Cōſequunt̄ enī ipſam naturam angeli q ſm ſuā naturā eſt qdā itellr̄s uel mēs: cognitio aūt que eſt p grām iſpeculatione cōſiſtēs nō eſt eis totalr̄ ablata:ſed diminuta:qa de huiuſmodi ſecretis diuinis tm̄ eis reuelat̄ q̄tū opter:uel mediātib⁹ angelis:uel p aliqua tpalia diuine uirtutis effecta ut Aug. dicit. ix. de ciuita. dei uel xiiii. a cognitione aūt effectiua priuati ſunt totalr̄ ſicut & charitate.

vii ¶Tertium q; eſt in demonibus eſt naturalis potentia que ſm naturā ſuperat oēm potentiā hoīum:de qua Iob. xli. c. dr̄ nō eſt poteſtas ſup terrā q̄ cōparet̄ eis. ¶Sciēdum. n. eſt q; magna eſt potentia diaboli reſpectu miraculorū:puta miraculū excedit humanā facultatē:& cōſiderationē:nō tn̄ ſunt ꝓprie miracula:ſunt tn̄ qnq; uere res:ſicut magi pharaōis per uirtutē demonū:ueros ſerpētes & ranas fecerunt. & ſicut qn̄ ignis de celo cecidit & familiā Iob cum gregibus pecoꝝ uno ipetu abſumpſit. Et turbo domum deiciēs filios eius occidit:Sic etiā demonibus opantib⁹ factū eſt ut terre atheniēſium uaſtarent̄ aqs. ut refert Aug. xviii. de ciui. dei. c. ix.

viii ¶Vlterius notandum eſt q; q̄uis materia corporalis nō obediat angelis bōis:ſeu malis ad nutū:nec demones ſua uirtute poſſint trāſmutare materiā de forma iformā:pñt tn̄ adhibere quedā ſemina que in climatib⁹ mundi iueniuntur ad aliquos effectus cōplēdos. ut dicit Aug. iii. de trinitate. Ideo oēs trāſmutatōes corpalium rerum que pñt fieri p aliquas uirtutes naturales ad quas ptinent predicta ſemina pñt fieri p opationē demonum huius ſeminibus adhibitis ſicut cum aliquę res trāſmutātur in ſerpētes uel ranas que p putrefactionē generari poſſunt ille uero trāſmutationes corporalium rerū que non poſſunt fieri uirtute nature:nulla operatio ne demonis perfici poſſunt.

ix ¶Eſt preterea tāte potētie demō q; pōt oſtēdere pſens eē q; nō eſt. & pōt oſtendere rē alr̄ quā ē & abſcōdere q; pſens ē & cōſequēter ſenſus hūanos ludificare ualet.

x ¶Primū qdē facit ſpēs offerēdo q; declaratur ſic qn̄ fantaſmata exiſtētia iteri⁹ offeruntur forti oblatione ipſi uirtuti iteriori:uel uirt⁹ iterior fortiter illis itēdit. ſimilitudo rei uī eē ueritas:hoc māifeſtū ē p naturā nā frenetico pp aſcēſum fumoſitatum ad cerebꝝ ex modica occaſione exteriori uī q; uideat uel audiat mlta:q̄ nō ſūt ibi pſentia ſilr̄ p forte cōuerſionē itētiōis fātaſma uī ueritas. Vn̄ legit̄ de quodā q; tāta cōuerſione recogitabat cuiuſdā mlieris imaginē:q; ei carnalr̄ comiſceri uidebat:Et uigilādo p hunc modū pōt demō diuerſa huiuſmodi facer̄ apparere.

¶Secundum facit mouendo fantaſmata & ſimilitudines rerum exiſtentium in uir i
tute imaginatiua ſicut contingit in ſoniis.nam ex motu fantaſmatum in ſoniis ap
paret nobis ꝙ multa uideamus & audiamus ita nobis uigilantibus ꝙ multa uidea
mus aliquando apparet: & hoc etiam poteſt contingere naturalr̄ ex agitatione hu-
morum ex qua reſultat euaporatio aſcendens ad uirtutem imaginatiuam.

¶Secūdo poteſt ita organum diſponere ſenſuum ꝙ una res apparebit alia ſicut ex ii
abundantia humoris colerici uidetur guſtui ꝙ omnia ſint amara que ſunt dulcia.
Et ex deſcenſu humoris ſanguinei uel uaporis ignei ad oculos uidebitur nobis ꝙ
que exterius apparent ſint rubea ſed demon hos modos cognoſcit. Tertio poteſt
facere uariationē aliqꝫ ex parte obiecti ſicut contingit aliquādo ꝙ ex poſitiōe can
dele uel diſpōne palearum uidentur palee eſſe ſerpentes:

¶Quarto pōt ita diſponere mediū ꝙ una res uidebit̄ alia.nā qua rōne pōt forma iii
re corpus cuiuſcūqꝫ figure & cuiuſcūqꝫ rei corporee. & illud aſſumēs in eo uiſibi-
liter apparere eadē rōne pōt circōponere cuicūqꝫ rei corporee quācūqꝫ formā cor
poreā & offerre illud ſenſibꝰ nr̄is ita ꝙ putabimꝰ unā rē eē preſentē & erit alia.

¶Poſtremū uero facit impedimētū preſtando. Nā res que preſens eſt duplr̄ poteſt iiii
latere ſenſum noſtrū aut quia impeditur.uirtꝰ ſenſus ne perueniat ad ſenſibile.aut
qa ipedit̄ ſpēs ſenſibilis ne pueniat ad ſenſū. Et utroqꝫ mō pōt fieri uirtute demōis.
De hac quippe deluſione diffuſe loquitur Aug.xviii.L.de ciui.c.xvii.xviii.&.xix.

¶Tantū etiā pōt diabolus ꝙ ſm Bona.in ſcdo.viii.pōt corpora itrare huiꝰ opinoni v
eſt etiā Aug.in lib.de dominatione demo.Vbi dicit̄ demones per naturā ſue ſubti
litatis pn̄t corpora intrare & penetrare nō ut cōſeruāt & pficiāt:pn̄t igitur ſubſiſte-
re cōmouere & cōturbare niſi ꝓhibeantur a ſupiori uirtute & cū pmittuntur inīroi
re & uexare:tunc dn̄r corpora obſidere: pmittit aūt dn̄s ſiue ad glorie ſue oñſionē
ſiue ad peccati punitionē:ſiue ad peccantis correptionē:ſiue ad noſtrā eruditionē:
licet ex qua iſtarū cārū determinate permitat latet hoc humanā iduſtriā:quia ocul
ta ſunt dei iuditia:iuxta illud apoſtoli ꝙ̄ incōprehenſibilia ſunt iuditia eius.

Nō ſolū poſſunt corpora humana intrare uerū etiā pn̄t illabi aīabus.i.ſm intimū
profundari. Dicit enim dn̄s Bonauē.ꝙ cum cognitio aīe non eſt circa utilia occu
pata:cum enim euagatur & eſt occioſa ratio poteſt ei diabolus offerre imaginem
turpē & uanam. Preterea ſciendum eſt ꝙ angelum aſſumere corpus non eſt uniri
ſibi in ratione forme perficientis ſed in ratione motoris intrinſeci ꝙ aſſumit.ideſt
ad ſe ſumit utendo illo ut inſtrumento ad operationes ſibi proprias explendas:
hoc autem poteſt fieri dupliciter uno modo aſſumendo corpus mixtum iam ante
generatum puta cadauer mortui alio modo ſumendo corpus non prius formatum
ꝙ de nouo poteſt fieri non ex natura celeſti:quia corpus celeſte non eſt ſuſceptiuū
peregrinarum impreſſionum cuiuſmodi ſunt rarefactio condenſatio & ad nouam
formam tranſmutatio ſed fit ex elementis imperfecte mixtis:non ꝙ angelus indu
cat formam naturalem in materia hec enim facere non poteſt ſm Aug.iii.de tri.
ſed tantum poteſt elementa actiua & paſſiua corporibus celeſtibus in ſitu conue-
niente approximare uirtute quorū talis forma quaſi ſubito iducit̄ ita ꝙ tale corpꝰ

aſſimilatur ipreſſioni imperfecte mixte cuius ſignum eſt: qa ſtatim cumdiſparcat
vi reſoluitur in elementa propter eorum iperfectam mixtionem. ¶Pōt autem ange‑
lus huiuſmodi corpus localr̄ mouere ſed nō poteſt mediante tali corpore i opera
tiones ſenſitiue:qa iſte non ſunt nate recipi niſi in compoſito ex ania & parte cor‑
poris perfecte mixta cuius neutrum eſt ibi.Ita.n.apprehendit colores oculis clau
ſis ſicut aptis & ſonos auribus obturatis ſicut non obturatis. unde eius uidere uel
vii audire nihil aliud eſt ꝙ itelligere. ¶Quantū autem ad operationes uegetatiuas ut
nutrire & generare nō ſunt ibi complete. non.n.eſt ibi uera nutritio licet ſit ibi co
meſtio que precedat nutritionem iquātum eſt ibi cibi diuiſio & i uētrem traiectio
non tamē eſt ibi conuerſio cibi i corpus ſed reſoluitur i ſubtiles uapores: ſicut ci‑
viii bus cōſumptus a corpore glorioſo. ¶Quantū uero ad gn̄atione nō eſt ibi ſeminis
formatio:pōt tamē demō i ſpēm mulieris uiro ſuccūbendo ſemen recipere & mu‑
tato corpore in ſimilitudinē corporis uirilis uel mediante alio corpore aſſumpto
ix pōt illud in matricē mulieris conſentiētis tranſfundere. ¶Dicit̄ igitur ſic ꝙ ſemē
a uiro deciſum recipit demō ſuccubus & tranſfundit incubus & ideo pōt genera‑
re ſi in ſua qualitate naturali cōſeruetur:filius aūt genitus eſt magis dicēdus fili⁹
uiri a quo ē ſeminis deciſio ꝙ demonis. Vnde Ioſephus dicit:& hētur i hiſtoriis
ſup gen. angeli cū mulierib⁹ coeūtes iniurioſos filios genuerūt q ꝑpter cōfidētiā
fortitudis gigātes a grecis dicti ſūt:iſtā materiā ptractat Aug.xv.de ci.c.xxiii.
x ¶Aliq ēt auſi ſunt dicere ꝙ Plato Ar. Rolandus Merlinus ſic fuerunt generati.
xi ¶Ex ſuperius ergo annotatis patet quāta ſit potentia diaboli: que tn̄ per dn̄m Ie
ſum xp̄m aliqualr̄ ligata eſt.unde Apo.xx.ca.Ioā.ait.uidi angelū.i.xp̄m deſcen
dentem de celo habentē clauē abiſſi & cathenā magnam in manu ſua. & apphen‑
dit draconem ſerpentem antiquū qui eſt diabolus & ſathanas & ligauit. Notādū
tn̄ ſcd̄m Bona.d.xix.tertii.(ſicut ēt dicit magr̄ in textu)ꝙ p paſſionē xp̄i ſumus
a poteſtate diaboli liberati:oēs qdē quātum ad ſufficientiā: ſed illi ſoli q ſunt de
xii eius corpore:ꝙ eſt eccleſia:q̄tū ad efficaciā. ¶Diabolus ante paſſionē xp̄i dupli‑
cem manū.ſ.attrahentē & impellentē habebat man⁹ attrahens erat poteſtas trahē
di ad limbū ēt iuſtos & ſctōs:Manus impellēs erat poteſtas precipitandi in malū
uel per fallaciam uel per uiolentiam:quia tēptabat ut draco:tēptabat ut leo:& pri
ma manus.ſ.attractiua erat tante potētie: ut nullus poſſet ei reſiſtere:& hec fuit ei
oīno amputata per xp̄m.Iam.n. nullum iuſtum poteſt ad limbum trahere quare
per paſſionem chriſti deletum eſt cirographum peccati Ade: manum autem im‑
pellentem habebat ita fortem:ut cum magna difficultate poſſet quis ei reſiſtere.
Omnes enim uel ſuperabat per fraudulentiam uel per uiolentiam. & hec poteſtas
debilitata eſt per chriſtum:per quē lumen uirtutis aperitur contra fraudulentiam
diabolicam:& adiutoriū uirtutis tribuitur cōtra diabolicā uiolētiā:apparuit autē
lumen ueritatis: & interi⁹ p diuinā iſpirationē & exteri⁹ p humanā inſtructionē:
iam enim omnibus eſt ueritas propalata: & ideo deſtructa eſt ydolatria adiuto‑
rium etiam uirtutis tribuitur per gratie iſuſionem que reprimit cōcupiſcentiam.
Et ſic patet qualiter & quomodo eius potentia eſt ligata:peccatum igitur eius fuit

magnum. ¶ Sed quoniam quis querere poſſet quo peccato peccauit ſcilicet ꝙ fuit I
eius peccatum. ideo dicimus ſecundum aliquos ꝙ peccatum luciferi formaliter & primo fuit ſuperbia ꝙ probatur ſic angeli nec potuerũt primo peccare per aliquod nolle quare nolle preſupponit uelle & ſic non peccauerunt modo primo per iram nec per auaritiam nec peccauerunt aliquo uelle inordinato circa tẽporalia nec peccato carnis. ut patet ergo eodẽ modo aliis excluſis peccauerunt per ſuperbiam.

¶ Item lucifer non potuit peccare niſi unico peccato ſed conſtat ꝙ peccauit ſuperbia per illud Iſa. ſuperbia eorum qui te &c. hoc idem confirmat Auguſt. nono de ciuitate. ubi dicit: male uoluntatis initium quid poterat eſſe niſi ſuperbia? Et eccleſiaſtici decimo. initium omnis peccati ſuperbia probatio maioris. nam ſi potuit pluribus peccatis peccare. peccatum ſuum fuiſſet remiſſibile ꝙ reputatur communiter falſum probatio conſequẽtis. quia uoluntas non poteſt ſimul habere duos actus perfectos. ſicut nec intellectus ergo ſi potuit pluribꝰ peccatis peccare peccauit uno poſt alterum & in illo ſecundo inſtanti potuit de primo penitere. Preterea ſecundum Ioannem in Canonica ſua. omne ꝙ eſt in mũdo aut eſt concupiſcentia carnis aut concupiſcentia oculorum aut ſuperbia uite proprie non peccauerũt concupiſcentia carnis uel oculorum. ergo. ii

¶ Nonnulli alii cõtrarium ſentientes ſic arguunt peccatum luciferi fuit maximũ peccatum cuiuſmodi non eſt peccatum ſuperbie ex quo humilitas non eſt maxima uirtus ſed charitas. patet hoc per illam regulam ſicut propoſitum de propoſito ita oppoſitum de oppoſito. iii

